

Latein IIb (Faller) Übungstext – In Catilinam

Cicero stellt den scheinbar so gefährlichen Truppen Catilinas die Macht des römischen Staats gegenüber und hält seine Landsleute zu Mut und Entschlossenheit an.

[Cic. *Cat.* 2,24-26 (bearb., mit Ausl.)]

Instruite nunc, Quirites, contra has tam praeclaras Catilinae copias vestra praesidia vestrosque exercitus. Neque ego ceteras copias, ornamenta, praesidia vestra cum illius latronis¹ inopia atque egestate conferre² debeo. Sed si omissis his rebus, quibus nos suppeditamur atque eget ille – senatu, equitibus Romanis, urbe, aerario³, vectigalibus⁴, cuncta Italia, provinciis
5 omnibus, exteris nationibus –, si his rebus omissis⁵ causas ipsas, quae inter se confligunt, contendere⁶ velimus, ex eo ipso intellegere possumus, quam valde illi iaceant⁷. Ex hac⁸ enim parte⁸ pudor pugnat, illinc⁹ petulantia. Hinc¹⁰ denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignavia, temeritate, cum vitiis omnibus. In eius modi¹¹ certamine ac proelio nonne, si hominum studia deficiant, di ipsi
10 immortales cogant tot et tanta vitia superari ab his praeclarissimis virtutibus? Quae cum ita sint, Quirites, vos, quem ad modum¹² iam antea dixi, vestra tecta vigiliis custodiisque defendite; mihi¹³, ut urbi sine vestro metu ac sine ullo tumultu satis esset praesidii, consultum atque provisum est. Coloni¹⁴ omnes municipesque¹⁴ vestri certiores a me facti de hac nocturna excursione Catilinae¹⁵ facile urbes suas finesque defendent. Reliquis autem de rebus
15 constituendis ad senatum referemus¹⁶.

Hilfen:

¹ *illius latronis*: gemeint ist Catilina

² *conferre*: hier: „vergleichen“

³ *aerarium*, -i, n.: „die Staatskasse“, „der Staatsschatz“

⁴ *vectigalia*, -ium, n.Pl.: „Staatseinkünfte“, „Steuern“

⁵ *si his rebus omissis* greift den Konditionalsatz von Zeile 3 wieder auf und führt ihn weiter.

⁶ *contendere*: hier: „vergleichen“

⁷ *iaceant*: von *iacere*, hier: „niedergeschlagen sein“, „am Boden liegen“

⁸ *ex hac parte*: „auf dieser Seite“, d.h. auf der Seite des Staats, „auf unserer Seite“

⁹ *illinc*: „auf jener Seite“, d.h. auf der Seite der Verschwörer

¹⁰ *hinc*: „auf dieser Seite“ (wie oben *ex hac parte*; Anm. 8)

¹¹ *eius modi*: „von dieser Art“, „derartig“

¹² *quem ad modum*: „auf welche Weise“, „wie“

¹³ *Dativus auctoris* zu *consultum atque provisum est*.

¹⁴ *coloni municipesque*: „Mitbürger in den Kolonien und Munizipien“

¹⁵ Catilina war in der Nacht vor der Rede aus Rom geflohen.

¹⁶ *ad senatum referemus*: *ad senatum referre*: „eine Anfrage an den Senat stellen“